

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 04 : De Bellerophonte

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[122-123\] : De Bellerophonte](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 04 : De Bellerophonte](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 05 : De Bellerophon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 04 : De Bellerophon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 04 : De Bellerophonte, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/941>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination270r°-271r°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

obuiā secum trahunt: cum igitur omnia rapiant & si repitum edentes quasi
rugiāt, leonum primam partem habere dicti sunt: cum p̄cipue terram
quā vnguibus effodiant, quā iter sunt habituri. At pars media capra est
dicta, quoniam aqua huiusmodi proxima quāque carpit: vltima pars est
serpens, quia obliquus & contortus est omnium diuinorum, tanquam serpen-
tum & riparum cursus. Hoc monst̄rum horrificum Belleroiphontes Pe-
gasō inuesti, solis calor scilicet intermit, quia cum cessat pluviarum co-
pia per z̄latam, tunc exiecentur torrentes. Nam Bellerophon & Pegasus
idem sunt se ip̄a, vis solis sciaret, quæ variis nominibus appellariunt: neq;
quisquam prohibet eundem solem diversis nominibus pro variis actionibus
appellari. Ego sanc̄ per hanc fabulam nos ab ira, turpissima omnium mon-
strorum reuocari crediderim: cum ira, tanquam leones furibundos faciat, quæ
ex ebulliente sanguine circa cor excitatur, oculosque rubro colore tanquam
flamnis perfundit. Huius media pars est capra, infestum plantis animal,
quoniam maxime infesta est facultatibus ira, cum nullam neque virilitatis,
neque honoris rationem habeat ira. vt autem significarent antiqui omniū
victorū maxime molestam esse iram, quæ pro viribus ab omnibus devitan-
da est, neque huic mox obnoxios esse amplectendos, huic monstro partem
extremam diaconis attribuerunt. Non minus enim cauendus ac fugiendus
est in ira prudenti, qui quā tulerit ira & impetus feratur, quam deaco-
num & crudelissimum riparum consuetudo. Sic enim refranandam esse
iram antiqui nobis significarunt, aut futurum esse ut nullam hominum nisi
futilissimorum auxiliā comparemus. Alii vim rhetorice facultatis sub
hac fabula contineti arbitrati sunt, qui proceriorum naturam acrem esse vo-
luerunt, mosiceque intumescere: medium orationis carpere, & sublimia se-
ctari propter necessaria sapientie studia; et extremam partem se tanquam
anguem ad medium reflecti summātē reperendens, virusque habere & acri-
moniam, quæ exciter animos auditorum in aduersarios. at de Chimera fa-
tis. nunc de Bellerophonē dicatur.

De Bellerophonē.

Cap. IIII.

30

Dicitur is Bellerophon, qui Chimoram interemit, patria fuisse Corin-
thius, & Glauci eius filius, qui natus fuit ē Sifyp̄ho, ut testatus est
Dioxippus Corinthiis lib. 2. de rebus patriis, & Paulanias in Corin-
thiacis, qui Bellerophon Hippoñus ante dicebatur. Hic vbi Bellerum Co-
rinthium, vel, ut maluit Phoenix Colophonius, Deliadēm propriū fra-
trem, vel, ut Philemon putauit, Pirenēn, ut vero Dorotheus Sidonius, Al-
cimenen, interemisset, non solum nomen, sed patriam etiam mutauit. Ar-
gos igitur profugus adiens à Proeto perhumaniter expiatur, & in hospitium
capitur. Deinde paucis interiectis diebus Antes, vel, ut alii maluerunt, Sthe-
nebea Proti vxor incredibili amore Bellerophonis capit: quem cum
nullis blanditiis posset ad adulterium allucere, apud Proetum tentata pudici-
citat accusauit. At Proetus hunc ipse quidem iure antiquæ conluerudinis
interficere noluit; quoniam fuit antiquorum consuetudo ut neminem occi-
derent qui cum edissent, nisi istud accidisset inconsulto: sed ad Iobatem ge-
nerum suum in Lyciam misit occidendum, literasque dedit obsignatas, in
quibus criminatio continebatur. Cum vero solennitas quedam per illud

Yyy a tempus

40

Mythologię

tempus in Lycia celebraretur, fuit ab Iobate per nouem dies admissus in conuiuium, ac decimo tandem die Iobates literas à socero aperuit. enim vero cum illam coniuetudinem Iobates etiam seruaret, hunc quidem ipse interficere noluit, sed imperauit ut Chimera, & Solymos, & Amazonas occideret, quæ omnia testatus est his versibus Homilib. 5. Iliad.

10

Τῇ δὲ μηνὶ πρότερον ἐπιφέγγετο δέ αὐτῷ
κρυπτῶν φαλακτή μημάνου. ἀλλά τὸν, οὐτί
τοῦδε δύσκολα φρίστηται διεφρενεῖς βαλληροφέγγει.
ἡ δὲ φυταρίτης, ἀρπάζει βαρβάρης προσώπα.
τελείωτος ἡ σφράγις, ἡ κάκτης βαλληροφέγγει,
θερινή δέ φύλαξ φαλακτή μημάνου τούτης οὐδείς.

50

ἄποτος τούτης μημάνου χίλιοι λαβοί, τίτλοι καταρι,
κτίσαντες μηδὲ μάλιστα. τελείωτης δέ τοισι θυμῷ,
πίστης δέρεις λαμπάδας, στήριξ δέ τεμέντα λαυρά,
γράμματα δέ πινακίδας θυμοφέρα απλά.
λαζαρίτης δέ πινακίδας ποιητῆς, θερινής απόλυτης.

30

μέταρχος δέ λαμπάδας θυμῷ ποιητήριον περιηργός.
ἀλλά, έτοι δέ λαμπάδας θυμῷ, ξεσκεπάστης μητέρα,
θερινή δέ μημάνης παραγένεται φύρατη.
Occultoque vxor Prieti mox carpitur igni,
Clam petat amplexum illius sed pectora casta
Flestante non potuit prudentis Bellerophontis.
Hinc tulit ad Regem mendacia callida Proctum.
Prote precor pereas, ni exdes Bellerophontem;
Qui vim ferre mihi, & lectum turpare iugalem
Tentauit. Regem audire mouere querela.
Cedem deuitat tamen hanc, mens horret ab illa.
In Lyciam ad generum mittens sed tristia scripta
Huic arcana dedit, luat ut pro criminе pœnas.
Tempore quo Lyciam petiit sed forte Deorum
Feita celebrabant Lycii solennia. Rex hunc
Ut primum Lyciam petiit, Xanthumq; flueatum,
Excipit hospitio peregrinum rite diebus
Ille nouem, totidemq; boues mactauit ad aras.
Aurora ut decimo conspersit lumine terras,
Quid peteret rogat hunc, socii tum scripta recludit.

40

Deinde sequuntur Iobatz iussa, qui ad praedicta pericula Bellerophontē ire imperauit. Erat enim adeo terribilis chimera, quæ flamas euomebat, ut proxima quæq; combureret, ac igni deuastaret. & pecora intericeret. At verò Dei cognita illius innocentia, eius misericordia, Pegasmum alatum equum, natum ē Neptuno & Medusa, vel, ut alii maluerunt, ē sanguine Medusæ, dom eius caput à Perseo cedebatur, illi dederunt. Eo equo vestitus Bellerophon primum chimoram occidit, deinde Solymos & Amazonas debellauit. Hunc ab illis rebus gemitis redeuntem & exulttāem multi ē Lyciis in insidiis collocati re-
pente

pente adoratur, quibus omnibus profligatis cum Bellerophon incolumis ad Iobatem reuertisset, eius virtutem & fortitudinem admiratus Iobates Phoenice filiam in matrimonium illi dedit, eumque generum sibi asciuit. e qua Bellerophon Isandrum, & Laodamiam, & Hippolochum suscepit. His rebus cognitis cum innocentia Bellerophontis postea omnibus patuerat, illam infamiam non feras Prætī vxor sumpta cœcta sibi mortem conciuit. At Iobates postea decedens successorem etiam regni Bellerophontem instituit. Sed Bellerophon, quale est ingenium plerisq; mortalium, tanta rerum gestarum felicitate nimium elatus in cœlum quoque ascendere super equo Pegaso voluit; quam arrogantiam Jupiter omnis temeritatis grauissimus vindex 10
deprimendam esse ratus, celum illi equo immisit, quare Bellerophon præceps in terram deturbatur. Cum in Aleiam Ciliciz planitem is cecidisset, cœcusque factus fuisset, Pegasus nunc sublimis, nunc depresso per aera volavit; quod cum vidisse Aurora hunc impetravit à Ioue, ut ab eo recta quotidiana cursum conficeret. Sed de fabulosis haec tenus. Hanc fabulam alii ad historiam, alii ad physicam, alii ad ethicam explicationem traduxerunt. Quæ ad historiam spectant, ea per se patent, nisi quod Pegasus nauis fuerit ita dicta *casus non erat*, à cōpingendo scilicet. Fuerunt qui Bellerophontem nihil aliud esse putauerint, quam humorem motu solis eleuatum; quoniam aere vi solis agitato pars grauior sublatæ paulopolt rursus deorsum demittitur, atque cogitur; que cum feratur deorsum & coaguletur, Pegasus dicta fuit. Cum vero pars subtilior ad regionem ignis feratur, sic illa pars crassior dicta fuit à Ioue deorsum detrusa fuisset: atque cum Pegaso ex aqua ob motum cœli diurnum sublatæ Aurora oriatur, dies dictus est, ut sensui magis patet, ac non Bellerophon, à Pegalo equo portari. Alii generationē elementorum, cum alia sursum alia deorsum feratur, ut levia sunt aut graria, per hæc significari maluerunt. Alii vitæ humanæ rationem propè omnem sub hac fabula contineri tradiderunt; nā neq; aduersis rebus nimis tristari, nequas prosperis & felicibus nimis gloriari aut extollì conuenit, quoniam horum omnium denique moderatorem Deum esse experimur. Is enim 30
pro sua singulari clementia & calamitatibus inique circumuentos adiuuat, quod accidit, dum calamitosus esset, Bellerophonti; & nimis elatos animos deprimit, quare præceps idem postea dicitur de cœlo detrusus. Alii ad astronomicas rationes hæc ipsa, quæ de physicis dicta sunt, transtulerunt, eaque fieri inquietunt pro viribus astrorum, quas cum prior Bellerophon deprehendisset, dictus est in cœlum ascendisse. Alii dixerūt Bellerophontem e Pegaso alato rectum chimæram interemisse, quia is celestem prior inuenit & frēnū, ut ait Pindari interpres: sicuti bigarū inuentor fuit Castor, quadrigas Erichthonius Atheniensis inuenit, Oxylus Aetolus artabæ. Dictus est is equus alatus, ut voluerunt quidam nauigium, cum ille prior omnium inuenierit nauigare classem, atque ordinem classis instruendæ, cum vela & remi alæ sint nauigiorum. hic igitur nauali prælio Solymis populis bellicosis superatis, quos leonibus similes dixerūt poetæ, Amazonibus arma intulit, quas per loca difficilia & montosa peragrantes capras vocatūt. Infidias porro quas Iobates è lectissimis iuuenibus illi parauerat redeunti, caudam serpentis vocarunt. At de Bellerophonte sat, nunc de Rhea dicamus. 40

De